



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 55. Acres literæ Maximiliani ad Galliarum Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV.  
A C. 1486.

concurrerent. Hæc lex a compluribus acceptata, ab aliis neglecta fuit: ex illis vero, qui eidem non solum consensu suo suffragati sunt, sed etiam illam sanctissime observarunt, eminuere Suevæ populi, qui foederibus pacis inter se sanctis adeo terribiles suis vicinis effecti sunt, ut plures Imperii urbes, ac præpotentes etiam Principes sese illis adjungere contenderent; unde ortum est nomen *fæderis Suevici*, de quo apud Germaniæ Historicos frequens, eaque per honorifica mentio occurrit.

§. LV.

*Acres literæ Maximiliani ad Galliarum Regem.*

Peractis coronationis solemnibus Maximilianus in Flandriam profectus est, & Brugas veniens epistolam oppido acerbam, ac indignatione plenam ad Carolum VIII. perscripsit, nec famæ Beljooviensis Comitissæ, ejusque Mariti percit. (\*) Contendebat, Gallos viola-

ta

(\*) Krantzus Saxo. lib. 13. cap. 2. testatur, Maximilianum prius a Gallis lacefsum fuisse, eosque illi misisse literas valde aculeatas, quibus ipsum hoc scommate pupugerunt, quod se Regem

ta pace inter Ludovicum XI. & Flandros Secul. XV.  
fancita, indles hostium more agros de- A.C. 1486.  
populari; nisi ergo concordiae legibus,  
quibus illata damna resarciri, atque fra-  
ctæ pacis injuriæ reparari possent, sub-  
scribere vellent, tandem se compulsum  
fri, ut aperte bellum eis denunciaret,  
prius tamen a se Regem admoneri, ut  
convocatis Regni sui comitiis promptum  
his malis remedium afferret. Maximili-  
ano Carolus Rex acerbioribus adhuc  
verbis respondens, adeo Archiducis indi-  
gnationem concitabat, ut congregatis  
Flandrorum Ordinibus non sine gravibus  
verbis exponeret, haud ultra tolerandam  
esse Gallorum audaciam, qua Flandro-  
rum quietem impune perturbare præsu-  
merent; denique revocata Guinegatani  
prælia memoria eisdem novum pugnan-  
di, vincendique ardorem inspirare cona-  
tus est, pluribus exaggerans, quanti i-  
psorum referret, ad belli sumptus co-  
piosa suppeditare auxilia. Forte segnus  
erat in Maximiliano belli desiderium,  
quam necessarii ad sustinendum dignita-  
tis suæ decorem subsidii votum; cum e-  
nim Fridericus Pater illius parca fatis  
manu pecunias repræsentasset, Filius, ut  
con-

---

Regem Romanorum jactaret, cum tamen Roma  
nihil potestatis aut opum haberet.

X 2

Sæcul. XV.  
A.C. 1486

congruo cultu viveret, ad varios parandæ pecuniæ prætextus recurrere compulsus est. (\*)

### §. LVI.

#### *Diffidia Flandrorum Procerum circa bellum contra Gallos.*

*Argentre  
hist. Bretag  
lib. 12. c. 20.*

Verum utut res sese habuerit, Maximilianus ut bellum, quod Gallis indixerat, honestiori fuso coloraret, caussa usus est ad speciem haud contemnenda; Cum enim Aureliae ac Britanniæ Duces in Francos bellum pararent, ipse vero eisdem

(\*) Lectoris judicio relinquimus, an hec sit reflexio Historico Ecclesiastico digna; num licitum sit, absque ratione, sine teste, propriis ex cerebro, & sub insulso quodam FORTE contra Regiae dignitatis honorem, & Augustissimæ cujusdam Domus decorum ejusmodi convicium arbitrarie configere? Si adeo per ea fuit Friderici manus, si tam inops Maximilianus, quo nervo igitur, & tam prospero Marte, Gallos devicit, & contra Bohemos & Belgas in aciem progressus? FORTE doni gratuiti e Clero suo exacti prætextu usus est? Ab unde habuit Maximilianus ad sustinendum dignitatis suæ splendorem, forte tamen citius hostes suos devicisset, si promptius a Patre suo adiutus fuisset;